



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Legatis, De Successionibus Ab Intestato, De Renvnciationibus

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. IL. Viterbien. legati. De legato contento in priori testamento, an censeatur diminutum per secundam dispositionem, quæ expressam contineat diminutionem. deindè tamen emendatam; et an talis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74076](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74076)

testamentaria, ob alias intermedias acquisitiones, unde propterea, non eramus in casu dictorum iurium, & auctoritatum, cum testator non respexisset illud tempus praesens, quo casu forte obtinere poterat *text. in l. scribit 36. §. item scribit ff. de auro, & argento legat.*; Ponderata etiam qualitate testatoris viri accuratissimi, & qui in eo intermedio tempore inter scripturam schedulae, & ingressum Conclavis juxta contingentias, plura addiderat, vel respectivè diminuerat, unde si habuisset animum subrogandi ad commodum legatarij istum censum per plures menses ante dictum ingressum acquisitum, satis verisimile est, ut id adnotasset.

Alij per haeredem desuper consulti, magnum, ac penè totum fundamentum constituebant in eo, quod census acquisitus non esset ex solo pretio dictorum locorum montium, sed cum mixtura alterius notabilis summae, dum juxta praemissam facti feriem, census erat scutorum 12. m., pretium autem praedictum importabat 7500. ponderando in id *text. in dist. al. pater. 23. ff. de adim. legat.*; Verum observabam, ut istud fundamentum de se, ac solum consideratum, esset nullius, vel satis modice relevantia, quodque potius iste textus retorqueretur, dum [ut supra dictum est] in eo casu praedium emptum majoris valoris erat, quam 300., quae filiae relictae erant, & sic summa legata commixta erat cum alia pecunia testatoris, ut observat *glos. ibid.* verbo *paravit*; Admittebam tamen quod ista circumstantia coadjuvaret alias, superius consideratas, atque faceret aliquid plus, sed praecipuae, ac fortiores essent supradictae, quod scilicet ageretur de alienatione voluntaria, quodque legatum non contineret in specie quantitatem, vel qualitatem locorum montium ut supra.

In idem quoque suffragante alia circumstantia majoris dilectionis praesumenda in haerede, quam in legatario, ob majorem sanguinis conjunctionem juxta receptam distinctionem, de qua in *Romana legati 14. Martij 1644. coram Carillo inter suas dec. 303. Romana executionis laudi 14. Junij 1647. coram Arguelles dec. 77. p. 10. rec.* & in alijs, quod scilicet ubi agitur de larga, vel stricta interpretatione legati ambigui, attendi debeat major, vel respectivè minor dilectio haereditis, & legatarij, si enim legatarius est magis conjunctus, seu aliàs verisimiliter magis dilectus, quam haeres, tunc benigna a clara pro eo fit interpretatio, secus autem è contrà.

Neque obstat dicebam contraria, siquidem *text. in dist. l. fideicommissa §. si rem ff. de legat. 3.* duplici responsione tolli videbatur; Primò quia ibi constare videbatur de perseverantia voluntatis testatoris, ut duraret legatum, quod non erat aliàs verificabile, nisi in pretio depositato, vel in alia re ex illo comparata; In praesenti autem licet constaret de perseverantia voluntatis testatoris, attamen illa non remanebat inutilis, & sine effectu, utpotè verificabilis in alijs superexistentibus locis montium in notabili quantitate, ita ut eorum pretium sufficeret ad emptionem palatij, ac exuberarent alia ferè centum pro subsidio; Ratio autem textus praedicti consistit in eo, quod voluntas testatoris aliàs facta non remaneat, ut ex *Cuman. rectè probat Gabr. dist. a. conf. 103. num. 13.*

Et secundo quod ibi ageretur de legato nominis debitoris, cujus exactio se qui potuit ex causa necessaria, quam testator evitare non poterat, unde deponendo pecuniam, vel illam investiendo, declarare videretur ejus perseverantem voluntatem ad commodum legatarij, cui sufficit sola possibilitas causae necessaria pro evitanda ademptione ex

plenè deductis per *Cyriac. dist. a. contro. 118. num. 7. & 8. & num. 11. cum sequen.*

Magis stringere videbatur *text. in l. pater ff. de adim. legat.*; Verum ut observat *Barr. in d. dist. a. lex. dist. o. conf. 169. lib. 6. & Gabr. dist. o. conf. 107. num. 13.* qui satis benè loquitur jille agi de legato substitutis; Et licet *Gratian. dist. o. cap. 27. num. 11.* dicat veriorum esse sententiam volentium, ut in dist. a. c. procedat, si vè agatur de legato quantitate, si vè speciei, attamen haec opinio videbatur potius indigesta, & non benè fundata, dum contrarium sentiunt *Barr. Alex. & ceteri*, de quibus locat *Gabr. loco citato.*

Textus autem in *l. filia 28. §. Titia ff. de test. & demonstr.*, in qua fundari videtur dicta opinio *Gratian.*, ex eo quod ille loquatur de legato speciei, non obstat, quoniam in eo casu testator locavit ancillae emptae ex pretio alterius legatarij, & pro modo venditae, apposuit idem nomen ageris, quod illa habebat, ex quo desumi videtur, quod volens argumentum voluntatis subrogandi, cum enim ista sit quaestio magis facti, & voluntatis, quam juris, hinc dicitur voluntatis circumstantiam pro ademptione, quam pro subrogatione, principaliter attendi debent, ac prevalere generalibus, & distinctionibus juris, ut advertit *idem Gabr. dist. o. conf. 103. Honda. conf. 77. lib. 2. Cuman. lib. 3. var. cap. 20. de legat. num. 27. & sequen.*

Ideoque cum ista sit quaestio facti, ac voluntatis, certam uniformem, seu generalem determinationem recipere non potest, sed decidenda venit per singulorum casuum particulares circumstantias, unam, vel alteram voluntatem verisimiliter suscipientes; Istaque voluntas in hac facti specie ex ejus circumstantijs infimulè ponderatis, haereditati magis assiliter videbatur; Atque juxta praemissa impolitus fuit finis dubitationi, quoniam Conciliaris Collegij debitoris, his acquiescentibus, juxta consuetam formam Constitutionis Pij V., cum decreto Iudicis de deponendo, nisi haeres oblatam forent statuta die reciperet, extinctio sequuta fuit ab ipse eo quod aliud in contrarium ex parte Praelati possessoris legati motivaretur, cum idem Praelatus peritus I. C., his visis, ac ponderatis in eandem devenit sententiam.

De isto autem legato factio Cardinalibus, & Praelatis de familia, quomodo veniat intelligendum, an cumulativè, & per simultaneum censuratum omnibus, vel uni tantum praelatis, & communi ordine, habetur actum *dist. o. dist. 52. de fideicommissis.*

## VITERBIEN.

## LEGATI

PRO

OCTAVIA PARMATA  
DE COLLEMODIIS

CVM

COMMENDATARIO CIVITATIS  
VETVLAE RELIGIONIS  
HIEROSOLYMITANAE.Causa decisus per Rotam pro utraque parte  
respectivè.De legato contento in priori testamento  
centa-

cenfeatur diminutum per secundam difpofitionem, quæ expreffam continet diminutionem, deinde tamen emendatam; Et à talis emendatio per apofillam, feu additionem, facta cenfeatur de ordine, & voluntate testatoris; Vel quatenus ea non adelfet, à posterior diminutio, ratione fubjectæ materiæ, errori potius tribuenda fit.

Legatarius annuæ præftationis negligens cam exigere ab hærede gravato, àn petere poffit annualitates decurfas à fucceffore, vel actione habeat ad bona testatoris.

## SYMMARIUM.

- 1 **F** Alti feris.
- 2 Resolutione caufa.
- 3 An pro annuis præftationibus per hæredem non folutis legatario competat actio ad bona defuncti.
- 4 Creditor defuncti pro cenfibus, vel annuis præftationibus habet actionem contra fideicommissarium.
- 5 Quid de fructibus dotis debita ex remedio Authores qua.
- 6 De eisdem conclufionibus, & quando ceffent.
- 7 An pro terminis decurfis penfionis detur actio contra fuccefforem.
- 8 An puella qua prius dotanda eft, ob negligentiam excludatur.
- 9 Apofilla præfumitur appofita de ordine testatoris.
- 10 De fupplitione cafus omiffi.
- 11 Testamenti revocatum fervit pro declaratione.
- 12 Mutatio non præfumitur ex actus vicinitate.
- 13 De alijs adminiculis.

## DISC. IL.

**T** Erentius de Collemodij Policæftren. Diæcelis, incola loci Centum cellarum, alias Civitatis Vetulæ, in testamento condito de menfe Decembris 1661., reliquit uxori pro ejus fubftentatione ad vitam menftrua feuta decem folvenda fingulis menfibus, ultra habitacionem, ac certam quantitatem frumenti, & vini fingulis annis; Deinde verò in quadam fchedula futura donatoniis faciendæ Sacra Religioni Hierofolymitanæ pro erectione commendæ in dicto loco, [ & quam fchedulam Rota fufficientem declaravit ad validam difpofitionem juxta ferient, de qua in Vierbien. testamenti, sub tit. de testam. difc. 16. ] mandavit, ut eidem uxori per commendatarium, ultra ufum unius domus pro habitacione, ac annuam præftationem sex rubrorum frumenti, præftari deberent annua feuta decem, ut ex his fe ipsam, ac famulam fubftentare poffet; Cum autem fchedula effer duplicata, eo quia earum una tranfmiffa fuit ad Religionem, & altera conformis remanfit penes testatorem, hinc in fecunda, manu ejusdem fcriptoris, cancellato illo verbo, anno, vel apofillam adjectum fuit verbum *menfis*, & cum explicacione quod effer feuta 120. fingulis annis,

Sequuto igitur obitu testatoris postquam effecti fortita est difpofitio in dicta fchedula consenta juxta enarrata sub dicto tit. de testamenti difcurs. 16. vivente eo, quem testator voluit esse primum commendatarium, nulla inter istum & dictam Octaviam adfuit controverfia; Dicto autem primo

Card. de Lusa de Legat.

commendatario defuncto, cum Octavia à fucceffore peteret, nedum annualitates currentes, fed etiam aliquas decurfas à prædeceffore non folutas, Reus conventus prætereendere cepit, ultra abfolutoriam à decurfis ut neque in futurum teneri deberet, nisi ad annua feuta decem ultra frumentum juxta formam dictæ fchedulæ Militam tranfmiffæ, atque defuper contra Octaviam indefensam ab A. C. reportavit favorabilem fententiam, in gradu appellacionis per duas instantias à Prælati Judicibus commissarijs revocatam, quibus fententijs Religione, feu commendatario non acquieffete, ideoque commiffa caufa in Rota coram Taja, dato quæ dubio, an, & in qua fummam dictum legatum deberetur, fufpenfa infpectioe super annualitatibus decurfis, illoque propofito sub die 28. Martij 1664. pro Octavia legataria refponfum fuit, legatum fci licet deberi in menftruis feutis decem, seu annuis feutis 120. juxta formam fchedulæ accommodatæ; Et concessa nova audientia, atque repropofita caufa sub die 23. Junij ejusdem anni, quoad præftationes in futurum, perfiftit fuit in decifis; Verum in hæc difputacione commendatarius obtinuit declarari, ut non teneretur ad annualitates decurfas, quas eadem legataria neglexerat à prædeceffore exigere.

Hinc agentes pro Religione, feu commendatario acquieffebant, volentes ex tempore moti judicij, feu poffeffionis commendæ post mortem primi, folvere dictas annualitates ad rationem feuti 120. Nolebat autem acquieffere Octavia quoad annualitates decurfas pro tempore primi commendatarij, ex cujus hæreditate utpote minus idonea, desperatum opus erat aliquid recuperare; Verum ego qui pro eadem fcripferam, tam coram Prælati fecunda, & tertæ instantiæ, quant etiam in Rota. confului, ut acquiefferet, ejus negligentia tribuendo dictarum annualitatum decurfarum amiffionem, cum infpecta veritate, quemadmodum iustæ erant resolutiones ad ejus favorem captæ pro tempore futuro, ita iusta quoque videbatur altera capta contra eam pro dictis annualitatibus decurfis.

Quatenus enim ad istas decurfas pertinet; Quid quid more Advocatorum, fcribendo ad caufæ oportunitatem pro actrice deducerem, ex auctoritate Costa de port. rata quæst. 60. num. 4. cum feqq. ubi nominatim reprobando Surdum dec. 28., contrarium probare conatur, ut pro annuis legatis affecta sint bona testatoris, adeo ut pro annualitatibus decurfis in vita hæredis gravati, vel alterius prædecefforis, detur actio ad ipsa bona contra fuccefforem, super quo etiam dubitare ostendit Cyriac. contr. 18. n. 23. Attamen reflectendo ad veritatem, ista mihi videbatur in contrarium; Tum attentis auctoritatibus, de quibus apud Surd. dicta decif. 28. Gratian. difcept. 294. nu. 8. & 22. Merlin de pignor. lib. 3. quæst. 14. nu. 160. & feqq. Capp. Latr. confult. 24. num. 4. cum feqq. Prat. obser. 32. nu. 21. cum alijs in hujus caufæ decifione deductis, quod etiam prius fentijt Rot. decif. 260. par. 11.; Tum etiam attenta viva ratione, quæ apud me fatiis urgere videbatur, quod fcilicet testator legando hanc menftrua præftationem in caufam alimentorum, non cogitaverit afficere ipsa bona, fed eorum fructus eisdem fingulis menfibus, vel anni temporibus percipiendos, ut habetur etiam deductum fuprà in Spoletana legati difcurs. 37.

Et quamvis in creditoribus annuarum præftationum fideicommissaria hereditatis, puta ex caufa censuum, vel canonum, seu livellorum &c., creditori

4 creditori non exigentia ab hærede gravato, vel fidei-  
 commissario prædecessore, detur actio ad ipsa bona,  
 etiam contra successorem ex persona propria  
 5 venientem; Quinimò fortius etiam pro fructibus  
 dotis constituendæ vel restituendæ ex bonis fidei-  
 commissarijs in vim *auth. res qua*, idem magis com-  
 munitè receptum videatur, cum eo tamen tempe-  
 ramento, ut ad fortis distractionem exindè procedi  
 non possit, ex deductis *sub rit. de dote disc. 51. & 145.*  
*& sub rit. de fend. ad materiam Bullæ Baronum disc.*  
*78. & 79. & alibi.*

Attamen non est eadem ratio; Ibi enim obliga-  
 tio provenit, vel à contractu, val à dispositione leg-  
 is, afficiens ipsum defunctum, ejusque hæredita-  
 tem, ac bona ipso etiam invito; In legatis autem to-  
 tum provenit à voluntate disponentis, quæ proba-  
 6 bilius ita interpretanda est; Quinimò ex ibidem de-  
 ductis, ac etiam *sub rit. de fideicom.*, quoties magna  
 negligentia concurrat, fortius verò collusio, neque  
 id competit; Atquè de collusione nimium dubitari  
 poterat, in hac facti specie ex ejus circumstantijs,  
 ex quibus etiam in casibus præmissis magna subest  
 ratio dubitandi, multò magis in præfenti, cum nul-  
 latenùs probabile sit, quod testator voluerit ut leg-  
 atario negligente, vel colludente cum hærede  
 gravato talis fieret annualitatum massa, quæ totam  
 hæreditatem supplantare posset.

Et in fortioribus terminis pensionis ecclesiasti-  
 cæ Apostolica auctoritate reservatæ super benefi-  
 cio, in qua receptum est, ut etiam pro decursis tem-  
 7 pore prædecessoris, agi possit contra successorem,  
 licet ex voluntate Papæ ipsum beneficium, seu ejus  
 fructus affecti sint, adhuc tamen id procedit, qua-  
 tenùs ex parte pensionarij doceatur de diligentijs  
 contra titularem ex deductis *apud Greg. decis. 507.*  
*Burratt. & add. decis. 448.* & in sua materia *sub rit. de*  
*pension.*; Multò magis in his terminis.

Atquè conferre observabam firmata in Romana  
 honorum, seu usufructus 23. Junij 1653. coram Za-  
 rata, quod si testator mandasset præstari aliquibus  
 puellis, juxta ordinem ab eo præscriptum singulis  
 8 annis, vel temporibus subsidia dotalia, atquè puel-  
 la, cui priùs debebatur, neglexerit erogare fructus,  
 ex quibus suum subsidium juxta præscripta tem-  
 pora præstandum erat, actionem habere non de-  
 beat ad fructus futuros in præjudicium aliarum  
 puellarum, quibus futura subsidia debentur, ut ad-  
 vertitur etiam in sua materia *sub rit. de dote*, cum si-  
 milibus; Ideoque consulti Octaviæ, ut acquie-  
 sceret prout fecit, quoniam facti circumstantiæ e-  
 rant tales, quod illam inexcusabilem reddebant.

Quoverò ad alium punctum futurarum annuali-  
 tatum, iustas credidi resolutiones, quales etiam ag-  
 9 novaverunt ipsimet commendæ defensores, qui pa-  
 ritè acquiescentiam consulerunt; Tum quia in  
 schedula reservata penès testatorem error expressè  
 accommodatus fuit per apostillam, quæ ubi est ex  
 eadem manu, seu charactere ejus, qui eam conscrip-  
 sit, habet præsumptionem pro se, ut de ordine tes-  
 tatoris facta sit, donèc probetur contrarium ex de-  
 ductis *apud Coccin. decis. 477. decis. 413. par. 4. rec.*  
*tom. 1. dec. 544. n. 23. eadem par. 4. tom. 3. in Urbina-*  
*ten. prædij 13. Maij 1658. coram Bevilacqua impress.*  
*decis. 340. par. 12. rec.*, ac habetur in Romana fidei-  
 commissi de Victorij *sub rit. de fideicommissis disc. 23.*

Tum olarius, quia, ubi etiam dicta apostilla er-  
 roris correctiva non adesset, adhuc idem dicendum  
 esse videbatur ex conjecturis, alijsquè circumstan-  
 tijs eundem errorem convincentibus, ex quibus  
 rectè dici poterat, ut minus scriptum esset quam

dictum, seu volutum, ita ut intraret ea legis supple-  
 tio, de qua plenè actum habetur præfatum in Tu-  
 derina fidei commissi *sub rit. de fidei disc. 159.* ubi  
 habentur auctoritates, quæ in hac causâ dispositio-  
 ne cum labantur, id eo; fortius admitti debent  
 ad adminiculandam dictam apostillam, seu corre-  
 ctionem, omnemquè suspicionem abolendam.

Primum etenim adminiculum resutabatur ex  
 priori testamento, in quo eadem ad usum suum  
 ma relinquebatur, dum ex frequenter debitis *sub*  
*dicto rit. de fidei.* testamenti etiam nullum, vel in-  
 vocatum deservit pro declaratione locum de fidei-  
 positionis, ut ex *Mantic. de consuet. lib. 2. tit. 2. n. 2.*  
*Casill. lib. 5. contr. cap. 108. num. 18. cum seq. de alijs*  
 firmatur in hujus causæ decisionibus præfatis  
 prima.

Alterum præcedentis corroborativum detra-  
 batur ex vicinitate actuum, dum inter testamentis  
 & schedulam, intercedebat solum spatium mensis  
 mensis, per quod breve intervallum, regulariter  
 non præsumatur mutatio voluntatis, sed potius  
 9 ror, ut cæteris *alleg. Mantic. de consuet. lib. 2. tit. 2. n. 2.*  
*1. num. 4.* & habetur sæpiùs deductum in præfatis  
 casibus super casu conversi mutationis in actu præ-  
 sumendæ ob longum intervallum.

Tertium fortissimum, & convincens erat illud  
 cessantis causæ odij, sed diminutionis amoris, cum  
 dicta diminutio referri posset, cum potius tenet  
 la probaret augmentum prioris amoris in testa-  
 mento expressi.

Quartum fortissimum, & magis convincens erat  
 illud deductum ex qualitate legataris, & causâ lo-  
 gandi, ex quibus insimul junctis resutabatur hujus  
 veritatis probatio manifesta; Agebat enim de  
 uxore satis juveni & formosa, sed pauperissima qui  
 indotata penè octuagenarius testator ex illorum  
 desiderio duxerat, multumquè diligebat, unde er-  
 10 piens, quod comode cum una familia in statu vi-  
 duitatis, & castitatis se sustentare posset, pro  
 ipsius testatoris decentis conveniebatur tunc o-  
 mininò incongrua erat ad hunc finem attendendum  
 dicta summa annuorum futurorum decem, sed bo-  
 nè congrua & proportionata erat eadem summa  
 mensura.

Et his accedebat observantia illius, qui testato-  
 ris fiduciarius, declaratus fuerat primus commo-  
 datarius, & cujus declarationibus usque de ipsius  
 voluntate satis consij deferendum esse videtur tes-  
 tor mandaverat; Ac etiam quod ipsam Religionem  
 concordia, de qua *sub dicto rit. de testam. observantia*  
 Apostolicam confirmationem, atque mentionem  
 habuit hujus oneris tanquam mensuræ, unde pro-  
 pterea casus videbatur omninò planus, cum in con-  
 trarium aliud non deduceretur nisi dicta schedula  
 Melitam transmissa, de qua verè nulla ratio habenda  
 erat; Tum quia constabat de errore, quem testator  
 correxerat in ea scriptura, quam corrigere poterat,  
 non in altera, quam non habebat; Tum etiam  
 quia decisio Rotæ ad favorem ejusdem Religionis  
 firmaverat, ut dispositio prædicta attendenda esse  
 potius tanquam testamentum, ob actum commo-  
 dativum gestum à Terentio in actu morientis, quæ  
 uti contractus irrevocabilis; Ideò dum etiam  
 actus iniustus erat super hac schedula cor-  
 recta eadem Religio successionem  
 obtinuit, ita proinde omnis  
 dubitandi ratio cessare  
 videbatur.

\* \* \*  
 \* \* \*  
 \*

De L. U.  
 de  
 Testamentis  
 etat.  
 GVI  
 9